



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

4 Vtrum sit æqualiter in omnibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

discursus liter formaliter inspicitur, apparebit quod cum author debuisset inferre sic ergo auersio uoluntatis a Deo est formalis in originali peccato, quia talis auersio est directe contraria subiectioni uoluntatis ad Deum, quae erat causa originalis iustitiae, non inuit hoc, sed inuit sic ergo priuatio iustitiae originalis, per quam uoluntas subdebat...

Q. 3. art. 4.

ar. pcc. ad 1.

Lib. 10. ca. 7. tom. 5.

Lib. 1. ca. 15. non multum p. cul. 2. p. to. n. 1.

artic. p. pcc.

q. 9. art. 3.

ut patet per Apostolum Ro. 7. sed multae alie sunt passionis praeter concupiscentiam, ut supra habitum est. ergo peccatum originale non magis est concupiscentia, quam aliqua alia passio.

¶ 3. Præter. Per peccatum originale deordinantur omnes animae partes, ut dictum est: sed intellectus est supremus inter animae partes, ut patet per Philosophum in 10. Ethic. ergo peccatum originale magis est ignorantia, quam concupiscentia.

SED CONTRA est, quod \* Augustinus dicit in lib. Retractatio. Concupiscentia est reatus originalis peccati.

RESPON. Dicendum, quod Vnumquodque habet speciem a sua forma. dictum est autem supra, quod species peccati originalis sumitur ex sua causa. Unde oportet, quod id quod est formale in originali peccato, accipiatur ex parte causae peccati originalis: oppositorum autem opposita sunt causae. Est igitur attendenda causa originalis peccati, ex causa originalis iustitiae, quae ei opponitur.

Tota autem ordinatio originalis iustitiae ex hoc est, quod uoluntas hominis erat Deo subiecta, quae quidem subiectio primo, & principaliter erat per uoluntatem, cuius est mouere omnes alias partes in finem, ut supra dictum est. vñ ex auersione uoluntatis a Deo consecuta est inordinatio in omnibus aliis animae uiribus. Sic ergo priuatio originalis iustitiae, per quam uoluntas subdebat Deo, est formale in peccato originali: omnis autem alia inordinatio uirium animae se habet in peccato originali, sicut quiddam materiale. Inordinatio autem aliarum uirium animae praecipue in hoc attenditur, quod inordinatae conuertuntur ad bonum...

primi effectus: & potest litera concordari distinguendo, quod ad formale peccati originalis aliquid spectat primo, & aliquid secundario, & quod formale primo est sola priuatio doni illius, & subdebat mentem, & praecipue uoluntatem Deo: secundario autem est etiam ipsa priuatio ipsius subiectionis, & quod propter primum author in litera concludendo diuertit ab auersione uoluntatis ad priuationem iustitiae. Et propter secundum subiunxit, Omnis autem alia inordinatio &c. ex his autem facile soluntur mota dubia. Et ad primum dicitur, quod inordinatio uoluntatis est duplex, quaedam opposita subiectioni ad Deum: quaedam reuera conuersa ad obiectum. Prima significatur per auersionem: secunda per conuersionem. prima spectat secundario ad formale peccati originalis absolute: secunda autem spectat ad materiale secundum hanc litteram dicentem, omnis alia inordinatio uirium animae, & non dixit, omnis aliarum uirium inordinatio. Constat namque quod priuatio uoluntatis est alia inordinatio ab inordinatio auersionis, & est alicuius potentiae animae ipsius, scilicet uoluntatis. Cum hoc tamen fiat, quod priuatio haec uoluntatis...

ratia ad malum inter materialia peccati originalis, se habet formaliter, quia id quod se tenet ex parte actiui, se habet formaliter dicamus, quod de formali, & materiali peccati originalis dicitur loqui postumus. Primo absolute, & sic dicitur quod formale est priuatio originalis iustitiae, materiale est habitus concupiscentiae...

commutabile, quae quidem in ordinatio communi nomine potest dici concupiscentia, & ita peccatum originale materialiter quidem est concupiscentia, formaliter uero est defectus originalis iustitiae.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quia in homine concupiscentia naturaliter regitur ratione, in tantum concupiscere est homini naturale, in quantum est secundum rationem ordinem. Concupiscentia autem quae transcendit limites rationis, inest homini contra naturam, & talis est concupiscentia originalis peccati.

AD SECUNDUM Dicendum, quod sicut supra dictum est, passionis irascibilis ad passionem concupiscentis reducuntur sicut ad principales, inter quas concupiscentia uehementius mouet, & magis sentitur, ut supra habitum est: ideo concupiscentiae attribuitur tanquam principaliori, & in qua quodammodo omnes aliae passionis includuntur.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut in bonis, intellectus & ratio principalitatem habent, ita conuerso, in malis inferior pars animae principalior inuenitur, quae obnubilat, & trahit rationem, ut supra dictum est: propter hoc peccatum originale magis dicitur esse concupiscentia, quam ignorantia, licet et ignorantia inter defectus materiales peccati originalis contineatur.

ARTICULVS IIII.

Utrum peccatum originale sit aequaliter in omnibus.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod peccatum originale non sit aequaliter in omnibus. Est enim peccatum originale...

debat Deo, est formale: ly, enim, per stringitur applicando ad supremum animae: & quoniam peccatum originale in supremo animae non est eius secundum quid, immo est priuatio principalis, & conuertitur, quoniam ex illa sequitur totus priuatio: scilicet uoluntas uerum est, quod priuatio originalis iustitiae est formalis in peccato originali, ut in calce corporis articuli dicitur.

Super questionis 82. articulum quartum.

IN ar. 4. eiusdem 82. q. dubium est, cur author, qui postulat peccatum originale esse habitum & concupiscentiam, & conuertitur materialiter, & formaliter, in corpore huius articuli sola duo dicitur in peccato originali, quorum utrumque spectat ad formale peccati: scilicet de alitis faciens memoriam.

Ad hoc breuiter dicitur, quod in peccato originali sunt quaedam communia peccato, & natura: & quaedam propriae peccato.

QVAESTO LXXXIII.

Super quest. 83. articulum primum.

De subiecto originalis peccati, in quatuor articulos diuisa.

DE INDE considerandum est de subiecto originalis peccati.

ET CIRCA hoc queruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum subiectum originalis peccati per prius sit caro, uel anima.

¶ Secundo, Vtrum si anima, per essentiam, aut per potentias suas.

¶ Tertio, Vtrum uoluntas per prius sit subiectum peccati originalis, quam alia potentia animae.

¶ Quarto, Vtrum aliquae potentiae animae sint specialiter infectae, sicut generatiua, uis concupiscibilis, & sensus tactus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum originale peccatum sit magis in carne, quam in anima.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod peccatum originale magis sit in carne quam in anima. Repugnancia enim carnis ad mentem ex corruptione originalis peccati procedit; sed radix huius repugnanciae in carne consistit. dicit enim Apostolus ad Ro. 7. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae. ergo originale peccatum in carne principaliter consistit.

¶ 2. Praet. Vnumquodque potius est in causa, quam in effectu, sicut calor magis est in igne calefaciente quam in aqua calefacta; sed anima inficitur infectione originalis peccati per semem in carnale. ergo peccatum originale magis est in carne, quam in anima.

¶ 3. Praet. Peccatum originale ex primo parente contrahimus, prout in eo fuimus secundum rationem feminalem: sic autem non fuit ibi anima, sed sola caro. ergo originale peccatum non est in anima, sed in carne.

¶ 4. Praet. Anima rationalis creata a Deo, corpori infunditur; si igitur anima per peccatum originale inficeretur, consequens esset, quod sua creatione, uel infusione inquinaretur, & sic Deus esset causa peccati, qui est actor creationis, & infusionis.

¶ 5. Praet. Nullus sapiens liquorem pretiosum uasi infecto infunderet, ex quo sciret ipsum liquorem inficere; sed anima rationalis est pretiosior omni liquore. si ergo anima ex corporis uisione infici posset infectione originalis culpae, Deus qui ipsa sapientia est, nunquam animam tali corpori infunderet, infundit autem non ergo inquinatur ex carne. sic igitur peccatum originale non est in anima, sed in carne.

SED CONTRA est, quod idem est subiectum uirtutis, & uitii siue peccati, quod contrariatur uirtuti: sed caro non potest esse subiectum uirtutis. dicit enim Apostolus ad Roma. septimo. Scio quod non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. ergo caro non potest esse subiectum originalis peccati, sed solum anima.

RESPON. Dicendum, quod aliquid potest esse in aliquo dupliciter. Vno modo sicut in causa uel principali, uel instrumentali: alio modo sicut in subiecto.

IN articulo q. 83. ad 1. aduerte, qd peccatum originale in Adam fuit & actuale, & originale formaliter: nam Adam peccauit actuali auersione uoluntatis a Deo, & priuata est natura sua in ipso dono iustitiae originalis debita sibi cum in ordinatione uirum &c. unde minus correpte loqui uideatur, qd peccatum originale ab Adam negat, eo qd in eo non fuerit per originem. Modus. n. quo fit peccatum originale, non est de essentia, sicut nec ipsi fieri: quia non consistit in fieri, sicut peccatum actuale, sed in esse, sicut habitus. Dicendum ergo est, qd in Adam fuit peccatum modo inductum & prius: quia per actum proprium, & in actu proprio.

18. q. 2. ar. 1. ad 3. & dist. 30. q. 1. ar. 2. ad 4. & dist. 31. q. 1. ar. 1. ad 2. & 4. & q. 2. ar. 1. per totum. Et ueri. q. 25. ar. 6. co. & q. 27. ar. 6. ad 2. & m. q. 2. ar. 3. & 4. & Ro. 5. 12. 3.

le concupiscentia inordinata, ut ad dictum est: sed non omnes aequaliter sunt prae ad concupiscendum: ergo peccatum originale non est equaliter in omnibus.

¶ 2. Praet. Peccatum originale est quaedam inordinata dispositio animae, sicut egritudo est quaedam inordinata dispositio corporis: sed egritudo recipit magis & minus. ergo peccatum originale recipit magis & minus.

¶ 3. Praet. Aug. dicit in li. de nu. & concupiscentia, quod libido transmittit originale peccatum in prolem: sed contingit esse maiorem libidinem unius in actu generationis, quam alterius: ergo peccatum originale potest esse maius in uno, quam in alio.

SED CONTRA est, quia peccatum originale est peccatum naturae, ut dictum est: sed natura aequaliter est in omnibus. ergo & peccatum originale.

RESPON. Dicendum, quod in originali peccato sunt duo, quorum unum est defectus originalis iustitiae, aliud autem est relatio huius defectus ad peccatum primi parentis, a quo per uitiatam originem deducitur. Quantum autem ad primum, peccatum originale non recipit magis & minus, quia totum donum originalis iustitiae est sublatum, priuationes autem totaliter aliquid priuantes, ut mors & tenebrae, non recipiunt magis & minus, sicut supra dictum est. Similiter etiam ne quantum ad secundum: equaliter enim omnes relationem habent ad primum principium uitae originis, ex quo peccatum originale recipitur: relationes enim non recipiunt magis & minus. Unde manifestum est, quod peccatum originale non potest esse magis in uno, quam in alio.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod soluto uinculo originalis iustitiae, sub quo quodam ordine omnes uires animae continebantur, unaquaeque uis animae tendit in suum proprium motum, & tanto uehementius, quanto fuerit fortior. Contingit autem uires aliquas anime esse fortiores in uno, quam in alio, propter diuersas corporis complexiones. Quod ergo unus homo sit praeior ad concupiscendum quam aliter, non est ratione peccati originalis, cum in omnibus aequaliter soluatur uinculum originalis iustitiae, & aequaliter in omnibus partes inferiores animae sibi relinquuntur: sed accidit hoc ex diuersa dispositione potentiarum, sicut dictum est.

AD SECUNDUM Dicendum, quod egritudo corporalis non habet in omnibus aequalem causam, etiam si sit eiusdem speciei, puta, si sit febris ex cholera putrefacta, potest esse maior, uel minor putrefactio, & propinquior, uel remotior a principio uitae: sed causa originalis peccati in omnibus est equalis, unde non est simile.

AD TERTIUM dicendum, quod libido, quae transmittit peccatum originale in prolem, non est libido actualis, quia dato quod uirtute diuina concederetur, quod nullam inordinatam libidinem in actu generationis sentiret, adhuc transmitteret in prolem originale peccatum: sed libido illa est intelligenda habitualiter, secundum quod appetitus sensitivus non continetur sub ratione soluto uinculo originalis iustitiae, & talis libido in omnibus est equalis.

peccato. Communia sunt inordinationes uires animae, quonia haec ut infra patet, ex natura aliquo modo sunt, sicut mors & infirmitas corporalis. Propria uero sunt priuatio doni iustitiae originalis, & ratio culpae, propter quod ut ex propriis peccatis originalis ostendetur ipsum non inesse in aequaliter, pro priuata distinctione autem in littera, in qua ostendit intentum, & communia referuntur. sicut rationem, argumentum in quibus objectiones soluantur.

SED CONTRA est, quia peccatum originale est peccatum naturae, ut dictum est: sed natura aequaliter est in omnibus. ergo & peccatum originale.

RESPON. Dicendum, quod in originali peccato sunt duo, quorum unum est defectus originalis iustitiae, aliud autem est relatio huius defectus ad peccatum primi parentis, a quo per uitiatam originem deducitur. Quantum autem ad primum, peccatum originale non recipit magis & minus, quia totum donum originalis iustitiae est sublatum, priuationes autem totaliter aliquid priuantes, ut mors & tenebrae, non recipiunt magis & minus, sicut supra dictum est. Similiter etiam ne quantum ad secundum: equaliter enim omnes relationem habent ad primum principium uitae originis, ex quo peccatum originale recipitur: relationes enim non recipiunt magis & minus. Unde manifestum est, quod peccatum originale non potest esse magis in uno, quam in alio.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod soluto uinculo originalis iustitiae, sub quo quodam ordine omnes uires animae continebantur, unaquaeque uis animae tendit in suum proprium motum, & tanto uehementius, quanto fuerit fortior. Contingit autem uires aliquas anime esse fortiores in uno, quam in alio, propter diuersas corporis complexiones. Quod ergo unus homo sit praeior ad concupiscendum quam aliter, non est ratione peccati originalis, cum in omnibus aequaliter soluatur uinculum originalis iustitiae, & aequaliter in omnibus partes inferiores animae sibi relinquuntur: sed accidit hoc ex diuersa dispositione potentiarum, sicut dictum est.

AD SECUNDUM Dicendum, quod egritudo corporalis non habet in omnibus aequalem causam, etiam si sit eiusdem speciei, puta, si sit febris ex cholera putrefacta, potest esse maior, uel minor putrefactio, & propinquior, uel remotior a principio uitae: sed causa originalis peccati in omnibus est equalis, unde non est simile.

AD TERTIUM dicendum, quod libido, quae transmittit peccatum originale in prolem, non est libido actualis, quia dato quod uirtute diuina concederetur, quod nullam inordinatam libidinem in actu generationis sentiret, adhuc transmitteret in prolem originale peccatum: sed libido illa est intelligenda habitualiter, secundum quod appetitus sensitivus non continetur sub ratione soluto uinculo originalis iustitiae, & talis libido in omnibus est equalis.